

1069 De nundinis,& mercationib. Tit.lx. 1070

*Vbemus.] Casvs. Prohibet ne alicuius speciei mercatores super rebus vendendis, vel ad certum pretium etiam impetrato rescripto monopolium audeat exercere. Nec cuiusquá operis artifices super incepti operibus non complendis. si contrà fiat, sine iudiciariis sumptibus denũcietur. Facientes monopolium [a], spoliati bonis, in exilium damnantur. Aliarũ professionum primates, qui hic nominantur, in quadraginta libris auri puniuntur. Si præses in puniendá venalitate, vel dissimulatione remissus fuerit, in quinquaginta libris auri punitur.

* Pectẽ nomẽ piscis est. *Pectinosus paetulis (dicit Horatius) exultat se molle Tarentũ.*

[a] Monopolii pœna.

† *Conistrare aut pacisci.*

a ¶ *Pectinum.* pecten est conchilij genus. Cviac.

a ¶ *Echini.* id est, eborei. Vel dic quòd echinus est paruus piscis semipedalis.

¶ Vide Plin. *lib.* 8 *c.* 36. Cviac.

b ¶ *Venundentur.* Iustũ est enim vnicuique sua committere ℨ. *de Iudaeis. l. nemo, ij.*

[b] Ergo labi re demptores operum.

c ¶ *Ergolabi.* i. redemptores operũ mãcipes [c].

c Dele gloss. Cuiac.

ß ¶ *Vt ne quis.* Idem ab eodem Zenone constitutũ est in Nou. τῶν κεφαλαίων, in fin. Cviac.

γ ¶ *Data licentia.* Idẽ etiã constitutũ est *in l.* 12. ℨ. *de ad. privat.* Cviac.

d ¶ *Implere.* contra hanc artifices faciunt in multis locis.

e ¶ *Omniáque.* repete, data licentia.

f ¶ *Denunciandi.* sic ℨ. *de epi. & cler. l. si quis in hoc.*

g ¶ *Constringere.* fortè quòd neminem doceãt, nisi tantum det.

DE NVNDINIS, &c.

Occasione emendi vendendique quandoque quis impetrat à principe nundinas, id est, vt celebretur genovale forũ in alicuius villa vel possessione, & ideo de hoc ponit.

e ¶ Nũdinas Græci vocant ἀπὸ τοῦ νέειν, non feriας. Et sanè olim nundinarum dies erant feriati, vt rustici conuenirent. Festus. Post lex Hortensia voluit esse fastos. Macro. *lib.* 1. *cap.* 16. Constitutio hæc restituit ius antiquum. Cviac.

Qui exercendorum.] Casvs. Qui nundinas aut mercatũ impetrant, nullum eò venientem conueniant ratione mercium: aut ratione loci temporalẽ quæstum faciant: vel ratione priuati debiti aliquam molestiã faciant.

ζ ¶ *Qui exercendorum.* Quod *l.* 1. *infrà de vet.* dat veteranis, id hæc lex dat omnibus. Cviac. Codex.

1. *Imp.* Zeno A. *Constantino* P. P. †

[1] Vbemus ne quis cuiuscunque vestis, vel piscis, vel pectinum α* forte aut echini [a], vel cuiuslibet alterius ad victum vel ad quemcumque vsum pertinentis speciei, vel cuiuslibet materiæ, pro sua auctoritate, vel sacro iam elicito aut in posterum eliciendo rescripto, aut pragmatica sanctione, vel sacra nostræ pietatis adnotatione, monopolium audeat exercere: néve quis illicitis habitis conuentionibus coniuret, aut pacisc atur, vt species diuersorum corporum negotiationis, non minoris quàm inter se statuerint, venundentur [b]. Ædificiorum quoque artifices, vel ergolabi [c], aliorúmque diuersorum operum professores & balneatores, penitus arceantur pacta inter se componere, vt ne quis β, quòd alteri commissum sit opus impleat, aut iniunctam alteri sollicitudinem alter intercipiat: data licentia γ vnicuique ab altero inchoatum & derelictum opus, per alterum sine aliquo timore dispendij implere [d], omniáq; [e] huiusmodi facinora denunciandi [f] sine vlla formidine, & sine iudiciariis sũptibus. Si quis autẽ monopoliũ ausus fuerit exercere, bonis propriis expoliatus, perpetuitate dãnetur exilij. Cæterarum præterea professionum primates, si in posterum aut super taxandis rerum preciis, aut super quibuslibet illicitis placitis, ausi fuerint conuenientes huiusmodi sese pactis constringere [g]: quadraginta librarum auri solutione percelli decernimus: officio tuæ sedis quinquaginta librarum auri condemnatione multando, si in prohibitis monopoliis, & interdictis corporũ pactionibus commissas fortè (si hoc euenerit) saluberrimæ nostræ dispositionis condemnationes, venalitate interdum, aut dissimulatione, vel quolibet vitio minus fuerit executum.

[a] Nundinæ amittuntur nõ vtendo per decennium.

h ¶ *Licentiam.* quam decennio non [a] vtendo amittunt: vt ff. *eo. l.*

i ¶ *Conuenient.* de impetrante rescriptum dicit. cæterùm alij ibi contrahentes cum his qui habent ibi pergulam vel horreum, possunt conuenire eosdem: vt ff. *de iudic. l. heres.* ℨ. *proinde* Et dicas hic *mercibus* i. occasione mercium: & sic subaudi in sequentibus.

k ¶ *Venalitio.* i. seruis.

n ¶ *Venalitiis.* Vænales seu vænalitij sunt seruj, qui separãtur à merce. *l. merces. de verb. sign. l.* 1. ff. *de tribut.* Interdum sunt ipsi mangones, vt *l. vlt.* ff. *de edilit. edict.* Cviac.

l ¶ *Locorum.* vt exigant aliquid ratione locorũ, habent enim grande cõmodũ ex eo, quòd propter forum [b] terra eorum impinguatur. ff. *de aqua plu. arc. l.* 1. *in fin.*

[b] Forum impinguat terrã.

ß ¶ *Locorum.* Quo nomine olim exigebantur siliquæ quædã. Cassiod. *lib.* 4. *var.* Cviac.

t ¶ *Sub prætextu.* Sic *in l. vlt* ℨ. *de commodato.* & *l.* 1. & 3. ff. *ne fiscus vel respubl.* Cviac.

DE NVNDINIS, ET MERCATIBVS. TITVLVS LX.

Sic Constitutio tituli, vt legam, facit, non mercationibus. *Nundinæ sunt πανηγύρεις & celebriores mercatus, qui habentur certis statisque temporibus maximo cõuentu mercatorum in his locis, quibus ius eos habendi datũ est longa consuetudine, aut beneficio principis, vel Senatus, vel Consulum, vel vt est in* Nou. Valentin. & Mart. de siliquarum exactionibus. *decreto ordinum, honoratorum & ciuium, præsente moderatore prouinciæ. Quod autem scribit Festus, nundinarum diẽ olim fuisse feriatum, nec eo licuisse agere cum populo, ne interpellarentur nũdinatores, id intermissum cum esset, & abrogatum lege Hortensia, vt Macrobius refert, Constitutio huius tituli reuocat, definiens, ne qui ibi conueniunt, interpellẽtur priuati debiti causa, vt* l. 3. ℨ. vlt ff. de fer. *& ne quid etiam ex mercibus, aut venalibus seruis negotiatorum, & ex quæstu temporali locorũ in quibus exponunt merces, exigantur, intra nundinarum dies, quos fuisse plures indicat* l. cum qui ff. de verb. oblig. *quã immunitatem solis veteranis dederat Constantinus* l. 1. ℨ. de veter. & ex supradicta Nou. Valentin. & Mart. *nũdinis etiam prohibentur fisco siliquatica quadam. Mercatus nõ ita sunt celebres vt nũdinæ. Mercatus sunt paruæ nũdinæ, in idioticmo.* assemblees. *Mercatus vnius ciuitatis aut vici. Nundinæ vnius prouinciæ vel imperij.* Cviac.

Illi quibus sunt nundinæ, nõ possunt venientes ad nundinas causa debiti arrestare, nec merces eorum sequestrare, nec aliquã partẽ mercium ratione territorij accipere, nec aliquod datiũ imponere, vel pedagium, vel gabellam. nundinantes enim liberi sunt, tempore nũdinarũ in accessu, mora, & recessu. Bal. Vel sic: *Tempore nundinarum negotiatores & alij ad nundinas concurrentes, non possunt ibi ex antegesto conuenirj.* Salyc.

1. *Impp.* Valens & Valentin. AA. *ad Probum* P.P.

[1] Viexercendorum mercatuum aut nundinarũ licentiam [h] vel veterũ indulto, vel nostra auctoritate meruerunt: ita beneficio rescripti potiantur, vt nullum in mercatibus atque nundinis ex negotiatorum mercibus conueniant [i], vel venalitiis [k]* aut locorum l [l] temporali quæstu & commodo priuata exactione sectẽtur, vel sub prætextu [t] priuati debiti aliquã ibidẽ concurrẽtibus molestiam possint inferre.

DE VECTIGALIBVS, & commissis. TITVLVS LXI.

Etiam hic titulus pertinet ad negotium emptionis & venditionis, de quo ors sumus dicere à titul. 38. *nã vectigalia sunt prætoria quæ debentur fisco vel Reip. ex mecibus, aut venalitiis quæ huic oneri subiiciũtur. Onus est mercium non mercatorum, nã & qui mercatores non sunt, quæ sunt in merce si vehant vectigal pro his quæ vehunt, debent etiam in transitu pũtis,* l. cùm in plures. ℨ. pen. ff. loc. Seneca 2. de tranq. vitæ, *Cogitans & in pontibus quibusdã pro transitu dari: In itinere,* l. si quis pro vxore ff. de don. inter vir. & vxor. *Et rursus onus est peregrinarum mercium, qui importantur, vt* l. vlt. ℨ. *species* ff. de pub. *quod Suetonius Iulium instituisse scribit, vel etiam quæ exportantur ad peregrinos. Et octaua* l. 2. ℨ. de eunuch. l. 7. ℨ. de loc. l. 7. & 8. hoc tit. l. 5. *quæ vt* l. 5 *indicat, exigitur per stationarios, & vrbanos milites, qui scilicet portitoribus, vel octauariis adsident, ferúntque suppetias, vt Dio declarat* 54. *de quibus est accipienda secũda pars* l. miles ff. ex quib. caus. mai. *Commissum autẽ est mercium casus in fiscũ, quæ ad publicanum professa non sunt. Vel pœna omissæ professionis, publicatio sc. mercium, aut venalium improfessorum: & nomen ex eo, quod in legem censoriã, quæ locatione vectigalium portitoribus indicitur, committat is qui professionem omittit. Varro de re rust. Ad publicanũ profitentur ne in legem censoriam committant.* Cviac.

Libertas præstita ante motam quæstionem commissi, non revocatur prætextu vectigalis non soluti. Salyc.

1. *Impp.* Severvs & Antoninvs AA. *Victorino.*

[a] Huc refer tractatũ Bertachini, vbi quærit cui cõpetat ius imponendi, vel exigendi vectigalis: ibidẽ etiã multa tradit de gabellarũ locatione & cõductione qui scilicet vectigal possint cõducere, quo modo agãt & conueniantur gabellarij, quoties & vbi sit soluenda gabella, qui teneatur vel nõ teneantur ad vectigalia. Itẽ de gabellis rerum inanimatarum, contractuũ, vltimarum voluntatũ: postremò de fraudibus gabellarum Continuatio. d Vectigal vn de dicatur.

LI 4 Scitve